

Nam in magno hoc libro multa continebantur, quae spectabant ad regnum, & novam generationem David, ideo Christus ut radix David novae profetiae, suo quasi jure, aperire debet librum non utique sibi, quia quae Deus, una cum Patre, & Spiritu sancto illum scripsit, & condidit, & quae homo, omnia jam legerat à principio suae conceptionis: aperit ergo nobis, & aperit sensum ut aperuit Apostolis, ut Scripturas intelligamus.

112. Haec dixi secundum sensum litteralem, moraliter dicam etiam, quomodo Christus dicitur radix: radix intus adhæret terræ, & sub terra delitescit, ita ut quid terrestre censeatur, quomodo ergo Christus, qui non ut Adam de terra terrenus, sed de caelo caelestis nuncupatur; Radix dum sepulta jacet, vincit viriditate foliorum, aspectu florum, & tandem ubertate copiosa fructuum: Sepultus erat Christus, & veluti minimus infra omnes, sed radicis jacens instat prævalebat, ferebat folia, fructus, & flores, præter spem, & humanam opinionem, vivebat in ipso, & per ipsum florebat, & efficiebatur resurrectio mortuorum quos ut elevaret ac exaltaret, voluit deprimi ac jacere tanquam radix in sepulchro. Sanctus Ambrosius libro de Instit. V. g. c. 21. Christus primus, & novissimus, ait, primus quia per ipsum omnia; novissimus quia per ipsum resurrectio; de caelo enim, & prope se, ut caderet infra omnes se faciens, ut omnes jacentes relevaret.

113. Gaudent. Ad quod spectat eleganter D. Gaudent. sermone 10 ubi de Christo sepulto, sic ait: Implorato sexto die omni opere Passioni, die septimo, id est die sabbati requiescit sepultus; sed quoniam Dei opera quies est, ipsa in omnes aetates esse non potuit, nam corpore in sepulchro deposito, divinitas cum anima hominis ad inferna descendens vocavit de locis suis animas sanctorum. Sepelitur Christus & tanquam vera radix in terra absconditur, nunquid in ea latuit oriolus? minime, sed tunc maximum & copiosum fructum produxit et lucens animas sanctorum ex inferiori loco, & producens eas in caelestem patriam ac æternam felicitatem.

114. D. Epiphani. Pellichi ad hunc sensum explicat D. Epiphanius verba illa Psal. 2; num. 7. Attollite portas principes vestras, ac si à sepulchro Domino potestatis inferorum dictum sit, quod portas attollant, & comminuant; sed ad quid? Introibit Rex gloriae. Sed ut Rex gloriae ingrediatur, necesse est ut portae inferorum aperiantur ac auferantur; clausis portis optime ipse poterat introire: sicut & clausis januis ingressus est ad discipulos.

A Domino sepulto de struitur mors Joan. 21.

Epiphani. Ad quid ergo dicitur, tollite portas? Optime sanne; quia à Domino sepulto, & in terra abscondito portae mortis ac condemnationis sunt ablatae, destructae ac comminutae; & aditus ad vitam ac salutem est apertus & ostensus. Nam ab eo sic in terra abscondito vita prodiit, & mors est destructa. D. Epiphanius. Non quasi Dominus, ait, qui hic praesto est clausis januis, si vellet ingredi, non queat, verum, quia nobis fugitivis servus aeternarum portarum sublationem, comminationem imperare mavult, quoniam per se ipsum eas aperire. Nota quod Dominus sepultus ad portas inferi potius vult comminationem imperare, quam eas aperire; quia omnino, ab eo ablatae, & destructae sunt.

Christus sepultus, & infra omnes elevat.

D. Ambrosius.

113. Gaudent.

A Christo sepulto de struitur mors Joan. 21.

114. D. Epiphanius.

A Domino sepulto de struitur mors Joan. 21.

Epiphanius.

Apoc. 4. n. 6. Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum, & in medio stantem tanquam occisum habentem cornua, & oculos septem, qui sunt septem Spiritus Dei, missi in omnem terram.

VERSIONES.

Syrus. Et vidi in medio illorum seniorum, Agnum stantem tanquam mactatum
Corn. ex Gr. Agnum stantem tanquam jugulatum, vel immotum
Aliqui. Quae sunt iri in medio Presbyterorum.
Codices Græci.
D. Cyprian. Missi per orbem terrarum.

EXPOSITIO VI.

115. **L**et vidi. Prius utique non viderat: nam si prius vidisset, sine dubio dixisset supra, cum totum hunc consensum describeret; nam cum cetera ibi commemorasset, etiam de Agno faceret mentionem; hæc autem visio est typica, & tunc res videntur, cum significatur. Et ecce in medio throni, & quatuor animalium. Non quod Agnus esset in sella sedentis, sed inter ipsum, & animalia, nam statim vers. 7. dicitur. Et veni, & accepit de dextera sedentis in throno librum. Ergo non erat in sella sedentis.

116. Agnum stantem, scilicet Christum Dominum, qui antea ob fortitudinem dicitur Leo; nunc vero ob mansuetudinem ac immolationem. Agnum stantem tanquam occisum. Bene dicitur tanquam occisus, non placet occisus, quia jam revixerat qui enim occisus est, non stat, sed jacet; ideo ait, stantem tanquam qui antea occisus esset; quasi dicat, quando occisum, nunc autem vivum.

117. Habentem cornua septem, & oculos septem; & statim se explicat, qui sunt septem spiritus missi in omnem terram. Septem ergo cornua, & septem oculi sunt septem primarii Angeli, de quibus Johannes egit cap. 1. vers. 4. Et hi dicuntur cornua, quia sunt fortissimi ad ventilandos ac destruendos Demones, ad tuendamque Ecclesiam, mirabilique per petranda; & etiam oculi vocantur, quia sunt vigilantissimi ad agnoscendam ac explendam Dei voluntatem, ad hominumque salutem procurandam.

QUASTIO XV.

Quare Christus Dominus dicitur Agnus, & agitur de laudabili more Ecclesiae exprimentis Dominum sub forma Agni, & etiam de Agnis cereis.

118. **I**n medio throni, & quatuor animalium, Iac seniorum apparet Agnus, de quo loco ait ipsemet Christus Dominus, ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Marth. 18. num. 20. & hunc locum potius elegit quam alium, ut indicaret se velut esse eor in medio Ecclesiae, illi vitam præbens, & quia hic locus est eximii honoris apud omnes, qui ab omnibus Christo exhibendus est; & quia etiam ipse non est personatum acceptor: Deinde etiam addere liceat, idem Christum in medio throni, & animalium, ac seniorum esse, ut manifestetur esse eorum firmamentum, eos sustinens, ne commoveantur. Richardus Victorin. Agnum videt Johannes, ait, in medio throni, & quatuor animalium & seniorum, quia Christus est firmamentum, & sustentamentum omnium electorum suorum, omnes autem cum velut in medio positum intendunt, & ab ipso pariter, et si non aequaliter dona gratia spiritualis accipiunt. Quæstio principaliter inquit, cur Christus Dominus, qui paulo ante dicitur Leo. Leo videtur de Tribu Juda; nunc dicitur Agnus, Leo ob fortitudinem, Agnus ob mansuetudinem. Jer. 1. 1. Ego quasi Agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Et Isai. 16. n. 1. Emitte Agnum Dominum dominatorem terre. Non dicit Leonem dominatorem, quia mansuetudo maxime inservit ad dominandum. Dicitur etiam Agnus ob simplicitatem ac innocentiam, & quia Christus venit ut immolaretur in reconciliationem generis humani, & quia Agnus maxime audit, & recognoscit vocem matris, inde Christus dicitur Agnus, quia vocem suae sacratissimæ Matris maxime exaudit, & ad preces ejus pro nostra salute inclinatur. Quas rationes, & alias latè deo tomo 1. in Evang. lib. 3. cap. 5. quæst. 2. num. 5. 6. 7. & 8. ibi vide dicta.

119. Christus cur sub Agni figura representatur. Jerem. 12. Isai. 16. Mansuetudo maxime in se vitæ ad dominationem.

120. Quare Christus in Apocalypsi dicitur Agnus, & Agnus Dei. Et eodem loco 4. latè explicavi cur Joan. Baptistam Christum lapide appellat. Agnum Dei. Joan. 1. n. 28. & n. 35. Tamen à nostro Evangelista frequenter dicitur Agnus tantum dicitur, ut hoc loco. Vidi Agnum stantem, & 6. n. 1. Et vide quod aperuisse Agnus unum de septem sigillis, & c. 14. n. 1. Ecce Agnus stabat supra montem Sion. In Apocalypsi apparebat Agnus in monte Sion, in throno ac majestate; at à Baptista ostendebatur tollens peccata mundi, & ideo tunc appellatur Agnus; multo magis patet ac declaratur Divinitas, dum hominum peccata abluat ac abstergit, quam dum in throno ac sede majestatis dominatur, & regnat: quæ latius vide citato loco, & alia huc spectantia.

De Agnis Cereis.

Christum Dominum sub Agni figura à Prophanis prædictam, à Joanne Baptista digito

ostensum, à nostro Joanne Evangelista in throno visum, de quo ait S. Petrus Apostolus, nos esse redemptos pretioso sanguine, quasi Agni immaculati Christi, in sua Canonica, cap. 1. n. 19. Hinc semper fuit consuetudo depingendi Christum sub Agni specie, de quo ait 6. Synodus habita in Trullo. Can. 8. 1. Ut per ipsum, scilicet Agnum, verbi Dei humilitationem mente comprehendentes, ad memoriam quoque ejus in carne conversationis, ejusque Passionis, & salutis mortis ducamus, ejusque qua ex eo facta est mundi redemptionis. Ex quo Ecclesia Latina Romana semper hunc usum retinuit, licet Græci adversarentur ob calumnias Iconoclastarum, qui dicebant Christum solum esse pingendum sub figura humana.

121. Ut ergo antiqua consuetudo Ecclesiae Romana, rot oraculis Prophetarum, ac testimonio Præcurtoris, & Apostolorum comprobata esset in usu, ac Christus sub Agni figura in omnium esset memoria, & cum ex cera defumpta à sacris templis multa fierent miracula, ut constat ex quadam particula cere delata à templo S. Martini; quæ magnum oppressit incendium, ut ex D. Paulino refert Gregor. Taurinens. de miraculis S. Martini, & quia peculiariter cera accepta ex cereo Paschali, sacro chrysmate delibata ac benedictione sanctificata; Deus multa mirabilia operaretur, inde usu Ecclesiae consuevit fieri quadam cerea particula benedicta à Summo Pontifice, in quibus esset impressa imago Agni: Christi typum præ se ferentis, quæ Agnus Dei dicitur, quas receter baptizati ferrent ad collum, nam suis infantibus Gentiles bullas quadam ad averendas fascinationes suspensas imponebant, in quibus, ut testatur Macrobius, imago cordis erat impressa, ut ita scirent infantes se esse homines si corde præstarent, superstitioque in religionem murata: ex sacris cereis bullas confici consuetudo Christiana habuit, quas Agni Christum præ se ferentis imagine insignitas, geniti in Collo gestarent ut ita Christi Agni imagine discerent ejus exemplo esse mites, humiles, ac puros corde. Ita Baronius tom. 1. Anno Christi 58. Petri 14. §. 1. At verò hæc.

122. Eum ergo morem in Ecclesia Romana antiquissimum laudat Gelasius Papa jam ante mille annos, ut testatur Barinius ad annum 692. & inde Dominica in Albis, hoc est in octava Paschæ intra civitatem Romanam dantur Agni cerei ab Archidiacono in Ecclesia post Missam, & communionem populi, ut testatur Vasquez de Adoratione lib. 2. cap. 2. & à perfonis fide dignis accipi.

123. De utilitate, quam fideles ex illis capere possunt testatur Durandus in Rationali Divinorum officiorum lib. 6. c. 79. & alii dicunt Agnos cereos auctoritate Pontificia sacros vim habere contra fulgura, fulmina grandinem, incendia, & tempestates ventorum, vel imbrum, unde pro magnis reliquiis tres Agnus Dei misit Urbanus VI. ad Gregorium Imperatorem, cum his versibus, quos refert. Quaranta, verb. Agnus Dei.

Balsamus, & munda cera, cum Chrysmatis unda.

Conficiunt Agnum, quod minus do tibi magnum.

Fonte velut natum per mystica sanctificatum Fulgura desursum pellit, & omne malignum Peccatum

1. Petr. 1.

Representatio Christi sub Agni figura multum utilis. 6. Synodus.

121.

Greg. Taur.

Origo Agnus Dei. Macrobo.

Baronius.

133.

Consuetudo Romana. Gelas. Papa.

Vasquez.

134.

Durand. Quarta versitas ex usu Agnus Dei.

Peccatum frangit, ut Christi sanguis, & angit.
Pregnans servatur simul & partus liberatur.
Munera defert dignis, virtutem destruit ignis.
Portatus mundo de fluentibus eripit unda.
Morte repentina servat, Satanaeque ruina.
Si quis honoret eum, retinet super hoste trophaeum.
Parque minor tantum, tota valet integra, quantum.
Agnus Dei miserere mei;
Qui crimina tollis, miserere nobis.

QUESTIO XVI.

Quare Joannes videt in throno Agnum stantem tanquam occisum, cum repugnans videatur, quod stet, & sit occisus.

135. Cur Agnus stabat. Glossa Richard. Pannon. Ansberr. Hugo. D. Aug.

Psal. 105.

136. Alcazar.

137. Circa corpus Christi fuerunt varia haereses.

Videt Joannes in throno Agnum stantem. Stabat ipse Agnus. Primo, ait Glossa, quia Christus resurrexit ad vitam perennem, & immortalem. Secundum, Richardus stantem, tanquam paratum ad perficiendum opus redemptionis a se inchoatum. Tertium, stantem, ait Pannonius ad iudicandum. Quartum, stantem, ad suis opitulandum, ait Ansberr. Hugo. Quintum stantem, ait S. August. in quaest. novi Testamenti q. 88. Christus stat coram throno Dei quasi advocatus noster pro nobis interpellans, ut avertat iram, & indignationem Dei a nobis. In cuius rei figuram Moyses stetit medius inter Deum, & populum in contractione, & avertit iram Dei a populo, ut dicitur Psal. 105. n. 23. Et dixit ut disperderet eos si non Moyses electus ejus stetit in contractione in conspectu ejus, ut averteret iram ejus, ne disperderet eos. Hic verus Moyses, vel utique noster mediator, in quo Pater sibi complacuit, & utique Dux populi nostri stetit in contractione corporis sui, seu ut clarius dicam, vitae suae, quam pro nobis effudit. Unde dicitur tanquam occisus, stans autem ut occisus in contractione avertit ab universo populo iram Dei, & placavit Deum iratum, & nobis reconciliatum fecit.

Quare non audiendus est Alcazar, qui ait, stantem, id est jacentem, nam Agni occisi jacere solent, non stare; tamen contrarium protulit voluit dicere Joannes, & significatio genuina verbi stare aliud suadet, & quamvis Agni materiales occisi jaceant; hoc tamen est mirabile in nostro Agno, quod cum habeat representationem occisi, stet, ut statim haec quaest. explicabo.

Quaestio tamen principaliter inquit, cur Joannes ait, quod viderit Agnum stantem tanquam occisum, & non absolute occisum? Nam hoc Joannis testimonio abusi sunt multi haeretici ad probandum Christum Dominum non fuisse vere mortuum, siquidem a Joanne tanquam occisus solum videtur. Quae haeresis ex variis capitibus ortum habuit. Quidam dicebant non habuisse verum corpus, sed phantasticum, & apparens, in quo errore fuerunt Manichaei, Priscillianistae. Alii ex eo quod credebant habuisse corpus caeleste, atque impassibile, ut Va-

lentinus, cui adhaerent Gnostici. Alii vero quia putaverunt habuisse corpus Divinum, substantialiter Divinitati, ut Apollinarius, qui omnes fuerint in tanto errore, & ignorantia, ut contra eos argumentatur Viegas hic; quia nescierunt quod saepe haec particula, tanquam, quasi in sacris litteris non similitudinem, sed veritatem rei significat; deinde illa particula tanquam, hic ex intentione Joannis aliud indicat, ut statim dicam. Ad quaestionem.

Respondent primo Aretas, Ansberrus, Haymo, & alii ob breve tempus illius mortis & celeritatem resurrectionis; unde ait Joachimus Abbas; Agnum tanquam occisum, quia mors eum tenere non poterat, & ideo mors non est dicenda, sed quasi mors, non veritas mortis, sed transitus ex hoc mundo ad Patrem. Secundum, Ansberrus, quia licet Christus regnet in caelo vita perenni, dicitur tamen tanquam Agnus occisus, quia quotidie in suis occisus cernitur, dum per persecutionem, aut mortificationem se ipsos Deo immolant. Sic ait ille: Toties idem Agnus quasi occiditur, quoties membra ejus, quae nos sumus, aut sponte a praesentis vitae desideris mortificant; aut a pravitate hominum persecutiones tolerant; ut passiones capit in sua carne adimplerent. Tertium, Andreas Casariensis, Pannonius, Viegas, Cornelius dicunt, quod dicitur Agnus tanquam occisus, quia retinebat suas cicatrices ac insignia vulnerum suae occisionis.

Mea tamen sententia est, quod Agnus iste in realitate vivus erat, nam dicitur stans, hoc est suis pedibus nitebatur, & venit & accipit de dextera sedentis in throno librum, & illum aperuit, quae omnia sunt actiones viventis. Et dicitur tanquam occisus, representatione nempe, ut denotaretur ratio formalis, ob quam Agnus erat in tanta gloria, throno nempe inter sedentem in throno ac seniores, & quatuor animalia, & solus ipse inventus est dignus aperire librum, quem nemo nec in caelo, nec in terra potuit aperire, quia ipse nempe occisus est. Nonne hoc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. Luc. 24. num. 26. & Agnus ut occisus inter quatuor animalia hoc est quatuor Evangelistas, quia omne Evangelium Christum mortuum respicit, & quia ipsi a morte Christi illuminati sunt, ut ait D. August. serm. 204. de tempore. Mors Christi illuminatio nostra. Et erat inter viginti quatuor seniores, qui significabant omnes sanctos, qui omnes per mortem Christi adducti sunt in gloria Hebr. 2. num. 10. Dicebat enim, propter quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctor salutis eorum per passionem consummavit.

Et antequam ab his discedam; nota, quod Agnus apparet in throno non purpura, scepro ac regali corona insignitus, sed ut occisus; tunc enim thronus ostenditur valde augustus; & magnificus, cum Agnus pro suorum salute ostenditur mortuus & occisus, ac vitam effundens. Et pro majori rei confirmatione, nota, quod veluti, quaedam repugnancia videtur latere in dictis Joannis, ait quod vidi Agnum stantem, tanquam occisum. Nam si Agnus stabat, mortem non representabat; nam stare viventis ac bene valentis est & inde si occisus, stare non poterat. Negat ergo occisum, si stantem affirmat; aut stantem denegat, si occisum dicit. O mirus amoris affectus! Agnus mortuus apparet sibi

138. Aretas, Ansberrus, Haymo, Joachimus.

Ansberrus.

Christus patitur in suis membris.

Andr. Casariensis, Pannonius, Viegas, Cornelius.

139. Vera sententia.

Vnus realiter representatio mortuus.

Luc. 61.

D. Aug.

Hebr. 2.

140.

Christus mortuus sibi, vivus nobis.

sibi vivus, nobis mortuus, ut pro suorum salute vitam daret. Vivus vero ut suis in eorum laboribus, ac necessitatibus opitularetur: ac patronus adesset; & inde stans erat in eorum auxilium.

Mythicè tamen rem explicat Aureolus, & Lyranus de Eucharistico Sacram. dicitur Agnus stans, quia Christus resurrexit ad immortalem vitam, Rom. 6. n. 9. Christus resurgens ex mortuis mors illi ultra non dominabitur. Cur ergo non dicitur absolute vivus, sed tanquam occisus? alud hic visio ad Eucharistiam, in qua Christus repraesentatur ut Agnus occisus. Mortem Dominum annunciat donec veniat. Lyranus, Tanquam occisus, ait, quia quotidie in Ecclesia immoratur, non secundum carnem, quia resurrexit ad vitam immortalem, sed secundum effectum, & representationem, quia per oblationem Eucharisticae communicatur effectus suae Passionis. Ipsa est enim similitudo repraesentativa ipsius, sicut imago Petri nominatur Petrus, eadem ratione Eucharistia Agnus immolatus, & ad hoc designandum, non dicitur hic Agnus occisus simpliciter, sed tanquam occisus. Similiter Aureolus, & alii.

De hoc divino Sacramento ait D. Gregorius Dialog. lib. 4. In se ipso immortaliter vivens pro nobis iterum in hoc mysterio sacrae oblationis immolatur. Cum Christus in se aeternaliter vivat, in hoc Sacramento habet mortis representationem. Ait Regius Vates Psal. 18. n. 5. In Sole posuit tabernaculum suum D. Chryso. in Psal. 14. ait: Tabernaculum dicitur corpus Christi: Per Solem sacram Eucharistiam, seu species sacramentales passim Recentiores intelligunt. Sed cur hoc divinum Eucharisticum sacramentum continens in se corpus Christi dicitur Sol; quatenam proportio inter utrumque est. Ait Ecclesiastes, 1. n. Sol oritur, & occidit. Sol non diverso tempore, sed eodem momento apud nos est in occasu, ac umbra mortis, & simul in alio haemisphaerio cum magno vitae fulgore lucet & apparet, simulque conjungit mortis sepulchrum cum vitae splendore. D. Zeno serm. 3 de Pa. ch. de Sole sic ait. Idem sibi successor, idemque decessor, longeva semper aetate novellus. Cum ergo Sol in umbra mortis sit apud nos, & simul in vitae splendore apud Antipodas, connectens mortis exitum cum vitae exortu; inde Divinus Sponsus stigma sui amoris declarat in sacra Eucharistia indicat occasum & ortum; & simul in mortis representatione ortum vero in perenni & immortalis vita, quae semper est veluti in suo ortu, nam veluti semper incipit, & nunquam finitur ac terminatur.

141. Christus in Eucharistia realiter vivus, representatione mortuus.

Lyranus.

Aureolus. 142. Gregor.

Psal. 18. D. Chryso.

Ecclesiastes.

Zeno. Christus in Eucharistia est immortalis, & representatione mortuus.

QUESTIO XVII.

Quare Agnus cornua septem, & septem oculos, nec plures, nec pauciores habebat?

Haec cornua considerat Alcazar in modum coronae, quae caput undique ambiant, eodemque modo septem oculos, totidem cornibus supponit aequali intervallo distributos, & ad quid tot cornua in Agno mor-

tuo apparent? Quia omnem vim suam ac fortitudinem praecipue in morte & cruce exercuit ac ostendit, ut cecinit Habacuc, 3. num. 4. Cornua in manibus ejus ibi abscondita est fortitudo ejus. Qui locus ad cornua crucis communiter pertinet, in qua Christus ostendens suam virtutem, Demones ac adversarios superavit. Eusebius libro 6. praeparat. Evang. cap. 15. Cornua in manibus ejus, regni ejus insignia significat, quibus cornibus invisibilibus adversantes potestates repellens, & vitas obrinens abegit. Quid ergo cornua significant inquit quaestio.

Primo, in septem cornibus, ait Viegas, eminentia potestatis, in septem oculis multiplex, per septem Spiritus Sancti dona, illuminatio, & providentia, qua Ecclesiam administrat, accipienda est. Numerus namque septenarius universalitatis, ac perfectionis symbolum est, & ideo in hoc septenario numero perpetuitas durationis designatur, quia omne tempus per numerum septenarium denotatur, ait D. Bernardinus in praesenti.

Secundo, D. Paschasius lib. 1. in Matthaeum, Ansberrus Beda, Rupertus, & alii, ad septem dona Spiritus Sancti referunt haec septem cornua, & etiam septem oculos, quae dicuntur oculi ob gratiam, & vim illuminandi, quam habent; dicuntur vero cornua ob excellentiam fortitudinis, & potentiam quam continent, & certe haec duo elegantia Spiritus Sancti symbola sunt, per quae commendatur excellentia illius donorum.

Tertio, Ambrosius, non multum aperi per septem cornua accipit septem mundi aetates ab Adam usque ad finem mundi sive sanctos qui in illis floruerunt, & flore bunt, Quarto, & etiam non multum aperi Joachimus intelligit septem Angelos Ecclesiarum, de quibus supra dictum est capite 2. & 3. Quinto, Dionysius vero vult intelligi omnia regna, & imperia mundi, quae sunt in manu ac potestate Christi. Sexto, Hieronymus Harphius Emendatus, lib. 1. suae Theologiae, capite 14. Per septem cornua intelligit septem virtutes contra septem peccata, scilicet humilitas contra superbiam; paupertas contra avaritiam; patientia contra iram, fortitudo contra acediam, &c.

Septimo, Alcazar persistit in sua sententia de septem dotibus Divinae providentiae, ac si sensus sit, Deus Pater communicavit Christo homini has suas septem dotes, eumque constituit totius mundi Monarcham, & universalem Rectorem; tamen cum Joannes explicet septem oculos, septem cornua, esse septem Spiritus missos in omnem terram; hi septem Spiritus non bene adaptantur septem dotibus. His sententiis ommissis ut minus probabilioribus, duae supersunt, quae mihi satis probabiles ac verae videntur.

Prima sententia, & mihi multum probabilis septem cornua; ac septem oculos refert ad septem Ecclesiae sacramenta; nam hic ostenditur Agnus, ut summè potens ac rector, & gubernator totius Ecclesiae: septem cornua sunt septem sacramenta; regnum Agni constat, viget, munitur, ac corroboratur, adversarios suos ventilat, ac dispergit, hisque ejus Spiritus datur ac propagatur, Baptismo fundatur, christinate firmatur; poenitentia administratur, & sanatur; Eucharistia nutritur, & adolescit; matrimonio propagatur; Ordine gubernatur; Extrema Un-

Habac. 3. Christus in morte ostendit suam fortitudinem. Eusebius.

144. Viegas.

D. Bernardinus.

145. D. Paschasius, Ansberrus, Beda, Rupertus.

146. D. Ambrosius.

Joachimus.

Dionysius.

Emendatus.

147. Alcazar.

148. Septem Ecclesiae sacramenta.